

Mercu-
rij ima-
ge.

Offensa
tio bene-
rii non
est honor

Insigni
dum af-
fuitur,
in cuius
insignia
fuit.

Marian.

Pfal.
46. 2.

ad morem, quo in trivijs cumulo lapidum statum Mercurij imponebant Ethnici; de quo Gyrald. *Syntagm.* 9. Natal. Com. 5. *Mytholog.* cap. 5. & Claud. Mirus in *Aleiat. Emblem.* 8. Quid lapidum iactatio cum Mercurio? Non erat Mercurius, sed imago, repr. sentans eius formam & figuram. Mercurio olim ratio attributa, atque per alas in temporibus expressa: & dum honor insipienti conceditur iuxta statuam Mercurij lapides exprimuntur; quoniam dignus lapidibus, in honoribus; qui ascendens in dignitatem, dumtaxat habet throni representationem: etenim ubi prudentia quaeritur per honoris insignia; in tanto salto solum invenitur statua. Qui digni munere cum intellectu maiestatem demonstrant; sed qui stulti, in maiestate imaginem dotium signant: conferuntque cumulo Mercurialium lapidum, qui indignè adipiscuntur piscantes fastigia honorum; quippe stulti lapidibus obruendi, quandò uti stulti sedent tumentes in throno, & dumtaxat per insignia non honor prudentiè exponitur, sed imago: quandoquidem vident inferiores lapidem, quem in reginem prudens expeditabant tantquam Numen. Mercurius inter Ægyptios pingebatur facie, partim nigra, partim aurea. Natal. Comes, d. & Albric. de *Imagin. Deor.* n. 6. Aurea facies electores spectat, nigra subditos iritat: & iuxta stultum electum, quasi ad statuam Mercurij statuitur cubulus lapidum; quoniam nihil aliud intenditur, dum stultus in honorem eligitur, nisi quod quilibet transiens lapidibus infectetur: nemini enim placet venerant dignitatem, videre illius ex Superiore nigredinem; siquidem rationi innatum, vel lapidibus iactis persequi monstrum. Denique in proprietatem apodosis, perferendus Hyllus antiquitatis. In Testis vel lapidibus (ut refert Plotarchus in *Aristid.*) suffragia olim ferebantur. Liquer iam cur qui student insipientis honoris; sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij: igitur dum suffragijs in honorem approbatur indoctus; lapidum cumulat acervus; quoniam si vocales elevans in suffragijs saxa, ut lapideret, ministrant, Mariana, hic: *Mercurij in cumulum si iactaris lapidem, erras.*

Non fecis infano latus inanis bonos.

11 Perproprie, *Honor inanis*, quia sicine sedenti non est honos. Dicit nostra Tautologia. *Seder super sedem sanctam suam.* Bernard. ut vidimus in *Version.* n.

45. *Super sedem condignam.* Non sedes condigna; si sedenti noxia merita; quippe sedes maiestatis sed non sua. Omni dignè habenti munus dabitur: ei autem qui merita non habet, & quod videtur habere, auferretur ab eo. Uti in lada proditore, locum dignitatis Apostolicè habente, locus non est; ut abiret in locum suum. Unde qui fulget meritorum maiestate; sedet splendore in sede: qui verò indignus, in sede minime sedet; quippequam sedendo cadit. *Vidi implum superexaltatum* (inquit David) & *elevatum super Cedros Libani.* Non novum in mundo; vitia florent, & merita argent. Saepe ubi grassatur iniquitas, volat honorum maiestas: quapropter ut in *Sylla*, inquit Plutarchus: *Longe maiorem ex ignominia, quam ex honore nobilitatem affuisse perhibens: plus dedecus eius, quam honor illustrat fuit; eo in dies secum florescente morbo.* Homo natura arrogans & iactabundus, ex obscuro loco emergens. Hinc Iuvenalis, 1. *Saty.* v. 77. ait: *Aude aliquid & carcere dignum, Si vis esse aliquid.*

12 Ergo in propositum. David præfatam exaltationem viderat, subditque: *Transive, & ecce non erat. Quæsiui eam, & non est inventus locus eius.* En indignorum scena, vel in maiestate augusta. Sedens stultus erat, & in sede non eras quippe vel in throni sede nullus thronus, quando federat indignus. Dicit contextus. *Quæsiui eam, & non est inventus locus eius.* Ille in loco maiestatis apparuit, quod præposterè elevatus; sed eo loci eius nequaquam locus inventus. Si locus eius erat solum & sedes qua sedebat; quomodo solum & sedes sine mutatione peribat? Sedes dependet à meritis, non à maiestate dignitatis: & cum indignus sederet, sedem in sede maiestatis non obtinuit; etenim sedere non poterat, qui dignus sedere non erat. Qui sedem præclaris instrumentis perpolit, in honoris se fedet. Eius in munere locus invenitur, ubi dotibus fedentis illustratur: & in loco sedis, quod exaltatur indignus, nec invenitur locus; quippequam dum in sedem ascendit per indigna; sedes ipsa, qua sedebat, erat vacua. *Non est inventus locus eius.* A prudentia regentis pendet fulgor dignitatis: & dum sedet stupidus, dignitatis non est locus; quoniam ascensus eius in sedem honoris; pro splendore patet exterminium dignitatis. *Transivi, & ecce non erat:* etenim tanta maiestas, quam contraxit ascen-

Sine me-
ritis ho-
nor inani-
tis.

Pfal. 46
55.
Nume-
rantur
vitia.

Plutarch.
ch.

Iuvenal

Ib. v. 36

Cassiod.
Econtra
dignem
honorem
bonerat.

Insigni
in bene-
re non
habet bo-
norem.

In eum
insignia
fortuna.

ascendens iniquitas; totum auctoramen honoris, sublimitate. Sedes, haudquamquam erat, ut indotatus sederet, sed ut eaderet. *Munera ista fortune paratis Insidie sunt:* ait Senec. *Epist.* 8. & *Mander in Helen.*

Senec.

Menad.

Apoc. 4
à.

13 Seder igitur in honoris maiestate, qui iure seder. *Sedes* (dicitur) *posita erat in celo, & supra sedem sedens: & qui sedebat.* Quorsum toties iteratur suppositum? Ut signet in sede throni dignum, etiam & indignum. Sedes in sedem intravit: & sede posita signatur supra sedem sedens; quoniam per digna merita sedes digna: igitur indignus in solio, quantumvis sedem occupet; sedendo in sede non sedet. Dedeceatur decore. Decus hoc ludibrium est: igitur nullum malus; si in loco dignitatis ad sedendum non sit locus, & in fastoso dignitatis throno, præ indignitate non federe sedendo: non enim sedendo sedet quem sedes ipsa extra thronum excludit. *Supra sedem sedens, & qui sedebat.* Non est ploa-natus, quippe obijetur munere dignus. Sunt utique merita in culmine honorum collocata. Sunt etiam extra dignitatem merita. In culmine, dum in sede sedet, qui dignè moderatur: extra culmen, qui dignitate defungitur: & cum munus, qui dignus habuit, non habet, de illo dicitur, *Sedebat*; siquidem præ meritis, qui dignus, possidet dignitatem, sicut qui indignus, in sede non habet sedem. Atruit Cassiodorus, 1. *Var. Epist.* 13. *Illustrum virum* (ait) *litterati dogmatis opinione fulgentem, magisterij honore subvectimus; ut gereret nomine, quam possidebat meritis dignita-*

tem. Possidebat antequam obtinisset; quia habere intravit, factus in assumptione dignitatis decor; & honoris sublimis sublimior honor.

14 Scripturæ singularis phrasis pro honore dignis, in maiestate sedis. *Posuit Regem, in throno honoris sedentem.* Pendet hypallagen: Throno scilicet honoris, pro honore throni. Cur igitur huiusmodi schemata in maiestatis & sublimitatis umbra? Ut cluceat quid ex sessione digni vel indigni, in maiestatis sede. Qui indignus, sedet in honore throni, verum longè à maiestate; quia sicut accinit Antonius, in *Sapientib.* hypigram. 5. *Non sunt honores iniqua fortuiti muneris.* Dum sedet dignus libi & honoris conciliatur honos; & dum eedet præclaris undique meritis, sedet erectus in throno honoris; siquidem indigno non honor, quod digno honoris splendor, cum in honoris sede sit sine honore, & throni maiestas celsa sine throni maiestate. Splendor dignitatum coruscet ex præstantia meritorum; alias sine dotibus, quod decus, est dignitatum ludibrium. *Dececebatur Seiano* (ait Seneca de *Consolat. ad Marciam*, cap. 22.) *statua in Pompeij theatro ponenda. Exclamavit Corvus: Tunc verè theatrum reperire. Quis ergo non rumperetur, in monumentis maximi Imperatoris, consecrari pestifimum militem?* Elucet obscuritas honoris sine meritis: igitur tantum decus, ubi dignissimi munus haudquamquam in plausum, dum alæ extenduntur extra nidum. Horatius, 1. *Epist.* 7. à v. 43. *Magis apta tibi tua dona relinquam: Parvum parva decent.*

Ecclesi.
24. 34.
Hypallag

Antonii

Taxia
merita
vel deme-
rita, glo-
ria throni
aut ig-
nomina.

Senec.

Horat.



TAUTOLOGIA SEPTIMA.

DEFECERUNT SCRUTANTES SCRUTINIO.

Psalm. 63. v. 7.

EXPOSITIO LITTERÆ.

HUIUSMODI sententia specimen est moliminum inter thecnas vite aulicæ barathricæ Politicæ, maxime Principedignitate insolente, male affecto præ livore erga egregium gestis extenuitateque virtutum, de Republica ac Regno præclarè meritum.

Politian.

In aula videtur merita, & adstantur commoda.

Tacit.

Quid sit

Paſcul.

Senec.
Insolentia
pregiatorum
tutamine
dignitatum,
ex patientia
ſubditorum.

Iuvenal.

Pefes illarū
comites.

— Cui dura mimentur

Astra, & sanguineiubar exitiale comete.

Ut accinit Angel. Politianus, in *Ruſſic*. igitur ludibrijs aulicæ quæ merita sunt ludibrijs quoniam irridentur ab impostoribus merita, ex quorum ritu enixè aucupantur commoda. Quisquis, potissimè plausu, boni publici, ac decoris consulit studijs; opprobrium abundantibus & despectio superbis, est prodigium sit multis. Id genus vexationes, cavilla, scommata, sarcasmos, fardonicos risus, circumventiones, vaſtrities, argutias malignitatis, punurgæ futeles, calliditatis strophas (quia mala in illorum cordibus, dum buccis crepantibus excitabatur plausus) in præſenti Psalmo illos inuè & in cuge noſcens, ac dolos præcavens, describit faucius David; quippe didicit ex his quæ palus est: signans simul quò devenit Saulis infania, furentis maiestate dignitatis, & cogitationes commodi aulici, dominantis furores blandè plaudentis. *Maieſtate ſua tuus Princeps: equites ſcilicet maiestatis criminibus, auctore Principe ac decreto Senatus puniti: maiestatis crimina ſubiebantur, vinculum & neceſſitas ſilendi.* Ita Tacitus, 1. *Annal.* cap. 42. 3. 37. 64. Durus de Paſculo in *Aulic.* n. 20. ſubdit:

Aula, locus fortuna, ſuos ubi lubrica ludos
Ludit, & eludit.

Curarum pelagus, vana ſpes, via plena perieli,
Splendida damna, quiete irrequieta, dolor.
At quid eſt aliud, niſi ſcena? An ludere diſca
Curiſ ſepoſitis, aut cruciari miſer.

2. Sævius nihil est humili inepto, cum surgit in altum. Infelix in mundo virtus: Regem nobis induimus animos (inquit Seneca *Epist.* 47.) nam illi quoque oblitè & vitium suarum & imbecillitatis alienæ; sic exardescunt; sic ſervium, quasi iniuriam acceperint: à cuius rei periculo illos fortuna ſue magnitudo tutiſſimo præſtat: nec hoc ignorant, ſed occaſionem nocendi captant: querendo acceperunt iniuriam, ut facerent. Proh dolor! Eò insolentior ex dignitate arrogancia, quò maior ex cultu dignitatis venerabunda modelſia. At quid potenti? Impunis audax & procax, muneris defenditur maiestate: ornatus crotalis, phylaurus infulis, non reputabit homines. Multum inò totum ſtudium de honore, ſed nihil de honoris auctoritate; quippe totum vaſtri pectoris malignitas, & ad uſum malignitatis auctoritas: quæ quidem eſt non laſa, de iniuria queritur, ut credatur iniuria.

O medici, medici mediam perturbare venam.

Exclamat Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 46. Regnat (auctoritate tantum legum dominatrice) Adulatio, Sycophantia ac Invidia. Invidia ex gloria virtutis, quam poſſidere ineptus fatagit ſine meritis: Sycophantia ex fictione ad delatione criminum, ut livoris exardescat pectus in odium. Aſſentatio in plauſum tyrannidis de oppreſſione claritatis ac ſplendore gaudentis: ut cadat, inò corruat poſſitice auctoritate innocentia, & floreat cognita vel incognita malicia. *Lucan.* 8. *Pharſal.* v. 491.

Libert.

Libertas ſcelerum eſt virtus & ſumma poteſtas.

Ita aula, Regis ad exemplar; quippe commodum ex imitatione improbitatum, & quilibet uti populator, focius criminum: ita innoxius gratia omnia audet, omnia mordet, omnes ridet, flocci pendit, palam carpit, clam nocet, cunctos & cuncta contemnit, maiestatem arrogat, potentiam affectat, etiam per contumeliam adorationem exigit, & cuncta, niſi ſe invenit. Nec cavet quicquam, nec timet quenquam.

3. Callet genium Bernardus, ſed ſimplicibus corde demonſtrat virtus. *Volunt dominari* (inquit de *Conſiderat.* 3. cap. 2. num. 4.) *cum proſeſſi fuerint ſeruitutem & fideles ſe ſpondent, ut opportunius ſidentibus noceant.* Ex hoc non erit conſilium, à quo ſe arcendos putent: non ſecretum quò ſe non ingerant. Ante omnia ſapientes ſunt ut faciant mala: bonum autem facere neſciunt. Hi in viſi terra & celo, utriusque iniicere manus, impij in Deum, temerarij in ſancta, ſeditioſi in invicem, amuli in vicinos, inhumani tu extraneos, quos neminem amantes, amat nemo; & timeri cum affectant ab omnibus, omnes timeant neceſſe eſt. Hi ſunt qui ſubſeſſe non ſuſtinent, præſeſſe non norunt, Superioribus infideles, inferioribus importabiles: inverecundi ad perendum, ad negandum frontoſi: imponi ut accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati ubi acceperint. Docuerunt linguas ſuas grandia loqui, cum operentur exigua: largiſſimi promiſſores & pauciſſimi exhibitores: blandiſſimi adulatores & mordaciſſimi adulatores: ſimpliciſſimi diſſimulatores & maligniſſimi proditores. Vides omnem Eccleſiaſticam zelum fervere ſola pro dignitate tuenda? Honori totum datur, ſanctitati nihil. Dicat officia Lucilius in *Atalanti*.

Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere & arti,
Verba dare, ut caute poſſit pugnare dolose,
Blandiri, certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, ut ſic hoſtes ſint omnibus omnes.

Pungit faſtu inflatos uires, qui etiam tument, vel ſi pungantur; Stoicus Cordubensis: *Quæ eſt tanta animi diſcordia? Eodem tempore* (inquit, 3. *Benef.* cap. 28.) *ſervos deſpicis & colis: Imperioſus intra limen, humilis foris, & tam contemptus, quam contemnus: Neque enim ulli magis abſiſcunt animos, quam qui improbi tollunt: nullique ad calcandos alios paratiores, quam qui contumelias facere, accipiendò didicerunt.* Multi tumide ſuperbi, quia tolerantur, & ſæpeſpius insolentem inuat patientia in tyrannidem, ut vigeat faſtus & luxus, maxime (ut ait *Iuſtin.* lib. 1.) *Arbitria Principum ſi proleſcunt.* Clamat Tyteſtes in Senec. *Agamemnon.* à v. 57.

O regnorum magnis fallax
Fortuna bonis! In precipiti
Dubioque nimis exceſſa locas.
Numquam placidam ſceptra quietem;
Centumve ſui tenere diem.
Alia ex alia cura fatigat,
Vexatque animos nova tempeſtas.

4. Hinc, quia vita aulica ſentina vitiorum, ac Ilias ſcelerum, colore virtutem: à Maſchiabello ſumuntur præcepta. Audi *Maiolum Tom.* 2. *Colloq.* 5. de *Aula & caula*.

Excute ſinceram recto cum pectore mentem
Ingenuumque tuo prodeat ore nihil.
Indue ſerviles animos ſiloque favore
Vel minimis ſanctis, qua potes arte place;
Blandus adulator, levis aſſentator haberi,
Ne pudeat: nullus ſit pietatis amor,
Nullis flagitijs, nulloque offendere faſtu,
Indigniſſima ſer, quaque neſanda proba.
Diſſimula, ſimula, ſerui bene ſed male fide.
Denique nulla bonus vir tibi bona pete.

Hæc eſt perfrictio frontis (ſi frontem habent) homines nihili, dum cupiunt aliquid eſſe ar inter prudentes & cordatos, ad ſpeculum rationis moderantes affectus (ut inquit *Nicolaus Oranus de Iuda prædicator. apoſt.* conc. 30.) tantum valent, quantum *H* apud *Grammaticos*, O apud *Arithmeticos*, Chimæra apud *Poetas* ſecunda intentio apud *Logicos*, privatio apud *Philicoſ*, & ens rationis apud *Metaphyſicoſ*. Sanè, ſed florent Principes demerant, dedecus labefactant, honoratos dedecoraunt, virtutem extinguunt;

Tom. VII. Taut.

lii a

præ a

Lucan.

Conditio in-
ſueti gra-
tiâ Principis

Bernardus

Lucili

Senec.
Hic indigni
in dignitate

Iuſtinus

Senecæ

Flagitia;
Aulicorum
merita.

Maioli

De Trin. cipi
gratia.

præstantissimis detrahunt, nomina carpunt, splendorem evertunt, exaltationem moluntur veteratorum phaleris, virulenti muneribus, venenatis adulationibus, mellitis verbis, occultis insidijs, lucidis technis, deauratis fallacijs, vesanis nugis, psychopantijs monstris, obsequijs perfidis, studijs improbis, calumnijs coloratis, plausibilibus flagitijs, diabolica malignitate conflati, ut sagittent in occulto rectos corde: florentemque demonstrantes semitam (arridente fortuna, quipequam hæc itur ad altra) dicuntque;

Quisquis ad alterius munum componere vultum
Nescit, & iniustus anribus apta loquitur
Nunc verum, nunc falsa loqui pro tempore, ut ipsa
Qui rerum potitur complacuisse videtur
Omnibus hunc moneo longe discedat ab aulis;
Candor & integritas exulat inde procul.
Exulat & dulcis libertas: omnia fastus
Plena, nec est ullus dicere falsa pudor.

Vitus
VVinifera

Hæc vita, fallere nuntios (sed heu! Quis cupit; cui vel nuda domi rodere crusta licet) professione demonis, ad quorum aulica præcepta abhorret aures. Hi profecto athæi male audientes vel apud Ethnicos: aphorismos illorum videris apud Canonher. in lib. 6. Hippocratis, Aphorism. 58. Choicher, lib. 5. à cap. 6. in Thesaur. Politic. Lucian. Dialog. 37. Mortuor. Heberhard. VVehie, in Aulic. politic. in fin. Lipsi. in Monit. politic. Marc. Prætor. 2. de Princip. prudens. Ravif. Text. Dialog. de Fortun. & Aulic. Sarilberienf. de Nugis Curial. Ancam Silv. de Curial. miser. Pomp. Fandon. de Infern. aulic. & Claud. Clement. in Machiabelism. ingulat. §. 2. Spontanea est mentis infania, quæ excutitur fugâ, & ut fuccinit Lucan. d. v. 380.

Lucad.

Pugna levis, bellumque fugax, turmaque vagantes:
Et melior cessasse loco, quam pellere, miles:
Illita tella dolis, nec Martem cominus unquam
Ausa pati virtus, sed longè tendere nervos,
Et quo ferri velint permittere vulnera ventis.

Quam misere
illorum
vital

5 Dirumpur vincula, quantumvis auræ; quippe nonnumquam vincula, vivere alijs, & non vivere sibi, ridenti aridire, manus deosculari, facies peccatorum sumere, personas palpando induere; in quibus faciendis (ait Claudius Minos in Alciar. Emblem. 86.) quid fidei, aut bonæ mentis, quæ honesti ratio esse potest, cum simulationis & perfidie sentinam inexhaustam in animo præsentem ubique circumferant. Iam illis obijcitur vacuis vocis, ac dolore vulneris, ut refert d. Canonher.

Clau. Min.

Aula profanata sedes aptissima mentis,
Bullatis gaudens titulis, spes divos inani,
Consilijs inimica bonis, contraria vero,
Delicij prægnans, hamata fertilis escâ,
Errorum speciosa domus, fraudisque maligna,
Fortunatorum speciem mentis locorum,
Gloria ventosus quam tollit in æthera pennis,
Humanos simulans consilio lumine vultus,
Invidiæ atque odij divo suffusa veneno,
Ludorum querens variâ ignava latebras,
Nomina falsa gerens fucosâ subdola laudis,
Omnia lætifice referens ad gaudia vite,
Principij: ut blanda suis, ita sine molesta,
Sorte potens, verum nulli ratione benigna
Temporibus confusa, sine ordine, mobilis, exlex,
Virtutem simulans, vitiorum immersa profundo:
Hydra Aula est, capitum multorum horrenda venenis.

Quæ aula

Monachi
aulici & ex
tra claustra
pericula,

6 Hoccine speculum ex quo elucet penitentia, sed aliquando Minervâ prorsum invitâ. Quid si huiusmodi politica agendi fortida ratio serpsit in claustra? Mordet Erasmus & lib. de Moria, & etiam de Lingua. Cogitarem aptius de illis Monachis, qui multo tempore absuerunt à Claustris, qui quidem ora aspidum ruperunt & quod conforum, ipsâ penitentia erupit in basiliscum: igitur cum non ex animo penitudinis origo, non morum correctionem pariunt, sed iniquitatem, quia ex dolore tantum conceperunt dolorem. Conditionem Seneca cogitat, atque siccinè taxat. *Omni vitâ pendens, & inbo-*

nesta se ac difficilia docent, coguntque: & ubi sine premio labor est, torquet illos irritum dedecus: nec dolent prava, sed frustra voluisse. Tunc illos & penitentia capti tenet, & incipiendi timor, surreptique illa iactatio animi non invenientis exitum; quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obsequi possunt, & iunctio vite parum se explicantis, & inter desituta vota torpentis animi suis. Quæ omnia graviora sunt ubi odio infeliciter operose ad orium profugerunt & ad secreta studia; quæ pati non potest animus ad civilia cretus, agendi cupidus, & natura inquietus, parum scilicet in se solatiorum habens: ideoque detrahit obsecrationibus, quas ipsa occupationes discurreribus præbent, domum solitadinem, pariter non ferri: invidius aspiciet se sibi relicto. Hinc illud est radium & displicentia sui, & nusquam residentis animi volutatio, & otij sui tristis atque ægra patientia. Utrique ubi causas fateri pudet, tormenta introitus egit verrecandâ; in angusto inclusa cupiditates sine exitu se ipse strangulant. Inde maror marcorque, & mille fluctus mentis incerta, quam inchoata habent suspensam, deplorata tristem: inde ille affectus otium suum detestantium, quærentiumque, nihil ipsos habere quoad agant, & alienis incrementis inimicissima invidia. Alii enim livorem infelix inertia: & omnes destrui cupiunt, quia se non potuerunt proebere: & ex hac deinde aversatione alienorum processum, & suorum desperatione, obrutescens fortuna animus, & de seculo querens, & in angulos se retrahens, & pona incubans sua, dum rædæ sui, pigetque. Ut ulcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent, & sedam corporum scabiem delectat quicquid exasperat; non aliter dixerim his mentibus iniquas cupiditates velut mala ulcera eruperunt, volupitati esse labore verationemque. Fastidio illis cepit esse vita, & ipse mundus: & subit illud: Quosque eadem Lucret. 3. v. 172.

Senec.

Quid spera
ris Monach
intra
claustra rec
clusus

Hoc se modo quisque semper fugit.

Lucretæ

Sed quid prodest, si non effugit? Hactenus Seneca de Tranquill. animi, cap. 2. Verè aurea, & catholico viro digna, quippe illis patet quid secularis Monachus intra claustra reclusus. Hæc meditante præliata ut ex conventu malignantium consuetudine perspicuo tautologica sententia.

7 Sic ergo Aulicorum artes, offensa vel quoad speciem, vel phantasticè Principe; infensa voluntate, ac læsa imaginatione; qui ut canit Petronius, Carm. 22.

Toto concepti pectore flammas.

Pretoij

Livor gestorum mutat speciem, cuiusque accipit colorem, ita ut insignis fidei gratia obijciatur contumelia, atque nobile strenuitatis obsequium, sit augeturate maifestatis fastidium. Beneficia eoque sunt læta, quo munera: abia: at pro premio sufficitur damnum, si excedunt præmium: insolentisque Aulicorum blandimine malunt debita negare, quam fateri potentia non posse solvere. Quisquis coram invidio extollitur,

Crescendo cadet, & votis in damnâ feretur.

Mabil. 4.

Afron. cap.

1. v. 126.

Ira improbi

Superioris

implacabilis

Pl. 63. 32

Ut Saul (qui optimus servus, & pelsimus domini, uti ex Iosepho diximus, Tom. 6. T. 9. n. 2.) tedio prætextum gravi corde inveniret, & conventus malignantium cogitationem iuvaret (quin cogitaret malignantium esse atque fuisse conventum, apud quem quod virtus vitium) totis viribus in Davidem (Principis & principatus honorem) scrutati sunt iniquitatem; ut criminis saltem invenirent speciem, ingratitude regentis excusationem, deigrantes coloribus famam, & infames honori imponentes notam. De Reftore in sede maiestatis, & quomodo se gerebat sine respectu superioris muneris; ita Psalm. 51. à 3. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate: Princeps debet gloriari in gratia, non in malitia, quod quidem non est gloria: igitur puerilem auctoritatem plodunt, vel hi qui plaudunt. Haud studeat affectata gloria, qui potens fraude: non est dignitas, vafritie barbara crudelis, & turpis gestu, vultu, moraque rudis inurbanitas: malicia sanè verborum, actionum suo sensu retorquens sensum, indicat vel furorem, vel cerebrum plene vacuum. Erudimini qui iudicatis terram, ne ludentem plausu foveatis phantasia. Tota die iniustitiam cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolium: dilexisti malitiam super benignitatem; iniquitatem magis, quam loqui æquitate: dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te, &c. En speculum Superioris insolentis, ore procacis, eligentis propudium ex modestia subditorum.*

Tunc qualis

mores.

Quid lingua pravi non tua cogitat,
Instar minaci prompta novacula;

Præ

Cruc.

Qualem namque cogitemus aulam, in qua Principem horum morum videbat normam? Ita Saul: ita in bonum pravum cor.

Propert. 1. Elig. 1. v. 6

8 Sticine dum regimen: qualis multitudo aulicorum operantium iniquitatem? Sociati sunt: ut quod perspicuo inficiabatur veritas, astrueret multitudinis auctoritas, & numero praevaleret malignitas ficitij linguis, parazonijs verbis, suavitare mollitjs, sed coram, velantes larvam; quia fide incauta praevalet caeco vulnere perfidia. Accinit Pal- las lib. 2. Epigr. Gracor. 47.

Eius amicitia perfidia. fa. fucia.

Palli

Industria malignitatis

Juvenal.

Et invidi Principii.

Idem.

Idem.

Homoc.

Tacit.

Preponis omnem nequitiam bono, Et falsa veris: exitiabilem Eminentendo res piorum In scopulum sceleratus urges.

Et illi iam toto furor hic non desicit anno: Improbus, & nullo vivere consilio.

Non is tam laedit, liquido qui dixerit, Odis; Quam qui synceram fingit amicitiam. Vitabis certe quem noveris esse nocentem; Alii illum nunquam, qui tibi dicit, Amo: Pessimus hic certe est inimicus, quisquis amicus Creditur, & tacita subdolis arte nocet.

Flagrabat odio peccus eminus & comius, calliditate cogitans vulnera, ingeniosa futela; equidem arcubus tenis blanditijs dissimulatio; ut fieret plaga sagittarum in oculo; peccore tecto, quod dolus; quippe non cognitus, quousque diceret vulnere. Ars valet, odijque blandie praevaleret ingenium, ut sagirent in occultis immaculatum. Subitid sagittabant eum & non timebant. Subitid fiat dedecoris plaga, ne medicetur vulnere perniculata: siquidem ubi tandem tandem cognoscitur error; tunc usque ad saecitatem, immaculati omnino profectus honor. Subitid sagittabant eum & non timebant. Nonnumquam ergo peccantis Nemelis. Est legis transgressio, sed nulla legis formido. Quorsum targo; dum sollicitat dedecoris plagam, quem decebat propulsare contumeliam? Non timet catenam criminis, si in blandimen iudicis. Juvenal. Satyr. 2. v. 25.

Quis oculum terris non miserat, & mare calo, Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?

Cunctos ligant confortia damni, coeuntes in ceus; quippe immaculatus eorum operibus omnino contrarius, & quia non vident nequitiam, firmaverunt sibi & ad alios sermonem nequam. Narraverunt, quod cogitarunt; ut per cuculos subdole absconderent laqueos, ita per embolia intructos, ut mutuo dicerent: Quis videbit eos? Quasi in tuto pes incederet, & cogitatione cadet: sub comitatis & benevolentie larva simulabitur virulenta cordis vomica. Signat Tacitus de Manlio legato Italica legionis: Quamvis bene de partibus meritis (inquit 1. Histor. cap. 64.) nullo apud Vitellium honore fuit: secretis cum criminationibus infamaverat Eabius ignarum; & quo incautior deciperetur, palam laudatum.

9 Idem, quippe aula (semper in varijs eventibus coloris eiusdem) que contigerunt Davidi, studioso honoris regni; narrat sub persona Agricola. Hunc rerum cur sum Fron- te latius, peccore anxius Princeps excepit, id sibi maxime formidolosum (subdit in eo cap. 39. & 40.) privati hominis nomen supra Principis attolli: Gassa periculi non crimen ullum, aut querela laesi cuiusquam; sed insensus virtutibus Princeps, & gloria specie & dicit-gratia, ut caderet in manus Philisthorum, & honor illi cederet in seandulum. Cavet illius aspectus, eo quod plausus atque gratas esset omnibus. Nobilitas (satur Tacitus quod nrm. 8. cap. 2.) gestique honores pro crimine, & ob virtutes certissimis voris in illum retorsit lancem. 1. Reg. 18. 10. Verum cum irrita magis serveret ira, perfricuit frontem, & palam attulit crimen: etenim videns e sine vora meditata fugientia, apertum hilcens putridum peccus, rupta vomica, evomuit furenter virus. Locutus est Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderent David; cap. 19. 1. Retorquatur Homerus, 1. Odyf. v. 1.

10 Quid tunc non facerent Aulici, ut adularentur Principi? Cum damna damnis continuarentur (inquit Tacit. in Agricol. cap. 41.) constat quoque aures verberatas, dum

pestimi malignitate & liore, pronum deterioribus Principem stimulabatur. Si Agricola simul suis virtutibus, simul virijs aliorum, in ipsam gloriam procepi agebatur. Hic toto peccore fumus effluet nigredinem, quod ut ait Senec. in OEdip. v. 965. Scrubatur lumen. Ut conciliarent Aulici parentis gratiam; quam alitue non meditati calumniae?

Quis nunc diligitur nisi conscius, & cui fervens Effluat occultis animus, semperque tacendis? Charus erit Verri, qui Verrem tempore quovis Accusare potest. Quid Roma faciam? Mentiri nescio. Librum Si malus est, nequeo laudare, & poscere: motus Astrorum ignoro: furas promittere patris, Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam Inspexi: ferre ad nuptiam qua misit adulter, Que mandat, norunt alij: me nemo ministro Fur erit, atque idro nulli comes exco Quid Roma faciam?

Juvenal.

Seneca

Canonher. Conditiones & mori au licorum.

Ambitionis germina.

Juvenal. d. v. 19.

Scrutinium pro examine.

Apal.

Beroald.

Quid sint scrutat

Inquit Juvenalis, Satyr. 3. a v. 41. Cum flagitijs fauste vivunt, imò florent; quia vitia vitiosis placent: securi vigent tunc impunes, tum infamia non infames: igitur si male auditur de specie malignitatis, tota nota in rabiem Principis. Ad rem Stoicus, Epist. 97. de seclerato Clodio: Minus erimine (ait) quam absolutione peccatum est: nec ante fuit de salute securus, quam similes sui iudices suos reddidit: qui damnationem potius effugit, quam meruit; cum eisdem vitijs gratosus, quibus nocens conmittatur: exerce- ret in ipsa causa ditione. His ergo perverto Principe, artibus quasi doribus gloriantur Aulici. Audaces sunt (inquit Canonher. d.) insant, importuni, improbi sceleris, contumeliosi, iracundi, perfidi, insidiosus, impudensissimi, petulantes, procaes, Cyclopes, Le- strigones, Antropophagi, fucatijsimi, terribili, corruptissimi, virulenti, clavi dolo- rum, mallei acerbitatum, viridaria libidinum, thesauri technarum, ungulae carnisficum, gurgiecs vitiorum, caligo veritatis, summa vanitatis, emporium falsitatis, saburra mordacitatis, ararium malignitatis, supellex scelerum, archibechi flagittiorum, cloaca imposturarum, flabula impudentia, Typus calumniae, Republica portentosa, monstra, tonitrua, fulmina, atque orones profuturi pudoris, quibus nihil momenti preter voluntatem Principis. Lamentatur Satyricus abdicationem virtutis, dum ad summa digni- tatum munera, flagitia potiora merita.

Magna ad fastigia rerum

Extollit, quoties voluit fortuna iocari.

Cuncta haecine germina ambitionis, cuius praefati colores sunt species. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: aluit scopus sagittantium (sancius David: Psalm. 108. 20. lecite ut certatim mererentur apud Principem, scrutati sunt iniquitatem: verum cum immaculati, tot gestis praclare merito; defecerunt servantes scrutatio.

11 Apparet iam in arena Tautologia, quae hucusque nonnullis videbitur didasca- lica: pullulabit & Litera. Per scrutinium hic non intelligitur examen alicuius circa scientiam, quationem aut virtutem, de quo cap. 1. de Offic. Legat. cap. Licet, & de Appellat. cap. Constitutum. Concil. Trident. sess. 23. cap. 5. de Reformat. & session. 24. cap. 18. Hostiens. lib. 1. rubr. 12. & late Tuschii, verb. Scrutinium. Hoc enim sensu Apule- ius, Metamorph. lib. 9. inquit: Postremum Magistratibus placuit, obstinate denegante scrutatio detegere. Quo loco Philipp. Beroald. subdit: Annotandum, multa esse verba vernacula, protracta, plebeis, vulgaria, qua in usu sunt eruditorum; ut Scruti- nium hoc loco ponitur pro scrutatione, investigationeque, sicut passim vulgo loquun- tur; ab eo verbo, quod est Scrutor, nimirum scrutinium derivatur. Potest & adver- bium esse Scrutinio, eodem tamen significato. Nonnulli Criticorum, dum inveniunt in AA. Scruta, legunt Scrutinia: maxime si vox ad latrocinia retorqueretur, quippe in forum latrones cuncta scrutantur. Scruta ergo sunt vel veterata indumenta vel furta furilla. Testimonia attestantia praefatas acceptiones, videlicet apud AA. de huiusmodi quaequilijs digladiantes: Lævio. Torrent. in illud Horatij, 1. Epist. 7. v. 65. Tunicato scruta popello. Sueton. in August. cap. 40. Ant. Gell. lib. 3. cap. 14. ad illud Lucilij: Scruta ut va- niat, scrutarius laudar. Turneb. 5. Adversar. cap. 13. Coel. Rhodigin. lib. 19. cap. 16. & no- vis.